



CONTRA HERESSES IOVINIANI.

LI. I. EPI. V.

22

dominus in valle terræ Moab cōtra domū Phegor; & nō cognouit vir sepulchrū eius vsq; in di-
 ctem hanc. Cōmpemus vniūsq; sepulturā: Moyses in terra Moab morit; Iesus in terra Iudea. Ille
 sepelī in valle cōtra domū Phegor; qd' interpretat' ignominia; pprie quippe Phegor in lingua
 hebræa priapus appellat'; hic in mōte Ephraym ab aquilone mōtis Gaas. Et est i verbis simpli-
 ribus semp diuinārū scripturārū sensus angustior. Quia apud iudæos gloria erat & i partibus
 & parturitionibus; & maledicta sterilis; quæ nō habebat semen in Israel; & beatus cuius erat se-
 men in Syon; & domestici in Hierusalē; & in benedictiōe maxima ponebat. Vxor tua sicut vis
 vis abundas; in lateribus domus tuæ. Filij tui sicut nouellæ oliuarū in circuitu mēsæ tuæ. Iccirco
 sepulchrū eius positū in valle describit' cōtra domū idoli; qd' pprie libidini consecrat'. Nos autē
 qui militamus sub Iesu duce vsq; ad præsentiē diē ignoramus vbi Moyses sit sepultus. Contēni-
 mus enī Phegor & omnē ignominia eius; scietes q' quī carne sunt; deo placere nō possunt. Et
 Ihs ante diluuiū quoq; dixerat: Nō pmanebit spūs meus in homīne; quia caro est. Quāobrē &
 Moyses moriens plangit; nuptiæ enī finiunt in morte; virginitas post mortē incipit coronari.

Ps. 127.

Gen. 6.

CAPITVLVM. XIII.

S Ampson quoq; pducit in mediū; nec decaluatū quondā dñi Naçarēū a muliere cōside-
 rat; qui licet typū teneat Saluatoris; q' meretricē ex gētibus adamarit ecclesiā; & multo
 plures hostiū moriēs q' viuis occiderit; tamē cōiugalīs pudicitia exempla nō præbet.
 Et certe iste ē scd'm pphetiā Iacob; qui cū cōcitus equi pnicitate ferret; a serpēte pcellus retror-
 sum cecidit. Delborā autē & Barath & vxorē Heber Cynei cur enumerauerit prorsus nō intelli-
 gitur; cum aliud sit bellorū princeps & historiæ ordinē texere; aliud figuras aliquas significare cō-
 tingit; quæ in istis omnino nō compent. Porro q' præsert' septæ patris fidem lachrymis virginis
 filia pro nobis facit. Et nos enī non tam virgines faculi qui eas quæ ppter Christū sūt virgines
 prædicamus; & a plarīq; hebræorū repræhendit' pater voti temerarij; quia dixerit. Si tradens
 tradideris filios Ammon in manibus meis; quicūq; exierit de domo mea in occursum mihi; cū
 reuerit cœpero i pace a filijs Ammon erit dño; & offerā illud i holocaustū. Si canis inquit si asi-
 nus occurrisset; quid faceret. Ex quo volunt dei disp'latiōe esse factū; vt qui improspecte voue-
 rat; errorem votorum filia morte sentiret. Si autem Samuel nutritus in tabernaculo duxit vxorē
 rem; quid hoc ad præiudiciū virginitatis? Quasi non hodie quoq; plurimi sacerdotes habeant
 matrimonia; Et apostolus episcopum describat vnus vxoris virū; habentem filios cum omni ca-
 sitate. Simulq; noscendū q' Samuel leuita nō sacerdos nec pontifex fuerit. Vnde & faciebat il-
 li mater sua Ephothad; super humerale videlicet lineū; qui habitus pprie leuitarum & minoris
 est ordinis; vnde & in psalmis nō nominatur inter sacerdotes; sed inter eos qui inuocant nomē
 domini. Moyses inquit & Aaron in sacerdotibus eius; & Samuel inter eos qui inuocant nomē
 eius. Leui enim genuit Caath; Caath genuit Aminadab; Aminadab genuit Chore; Chore ge-
 nuit Assir; Assir genuit Helchana; Helchana genuit Sub; Sub genuit Tou; Tou genuit Helm
 Helm genuit Ieroam; Ieroam genuit Helchana; Helchana genuit Samuelē. Nulliq; dubium est
 sacerdotes de Aaron & Eleazar & Phinees stirpe generatos. Qui cū & ipsi habuerint vxores;
 recte nobis opponerent; si errore Encriticarū ducti contēderemus matrimonia reprobada; &
 non esset noster pontifex scd'm ordinē Melchisedech sine patre sine matre. Quæ in g'c' dicitur. id
 est; sine nuptijs. Et reuera magnos fructus ex liberis Samuel capit; vt quia ipse placuit deo; tā-
 tes genuerit qui domino displicerent. Quod si Boos & Ruth nobis objicit ad comprobendam
 ligamiam; sciat in euangelio ob typum ecclesiæ etiam Raab meretricem in ordine maiorum do-
 mini enumeratā. Porro q' Dauid ducentis præputijs emisse iactat vxorem; nouerit illum & ali-
 as habuisse q' plurimas; & Michol filiam Saul; quā pater alteri tradiderat; postea recepisse; & iā
 tenem Sunamitis puellā calefactum esse complexibus. Nec hoc dico q' de sanctis viris quicūq;
 detrahere audeam; sed q' aliud sit in lege versari; aliud in euangelio; Ille occidit Vriam etheum
 & moechus extitit in Bersabe. Et quia erat vir sanguinarius; non vt plarīq; existimāt propter bel-
 la; sed propter homicidiū templum domini ædificare prohibetur. Nos autem si vnum de mini-
 stris scandalizauerimus; & si fratri dixerimus Racha; & nō recte viderimus; expedit vt mola asini
 in os maria ligetur circa collum nostrum; & rei erimus gehēnæ; & adulterium nobis in solo aspectu
 reputabitur. Transit ad Salomonem; per quem se cecinit ipsa sapientia; & cum vxorium eum
 dicit; atq; in illius laudibus immoretur; miror cur non iungat & illud de Canticoanticorum.
 Sexaginta sunt reginæ; & octoginta concubinae; & adolescentulæ quarū non est numerus. Et il-
 lud de regnorū tertio; q' septingentas habuerit vxores; & trecētas cōcubinas & alias innumera-
 biles. Hæ nempe sūt; quæ auerterūt cor eius a domino; & tamen anteq' plures haberet vxores;

Gen. 49.

Iud. 11.

Ps. 98.

Math. 11.

Luc. 17.

Cant. 6.

3. R. 11.